

I. N. I.

Exeqvias

DOCTORIS THEOLOGI,
De re literaria, & tota Christi Ecclesia
jam pridem meritissimi,

DN. MARTINI GEIERI,

Sereniss. & Potentiss. Saxon. Electori
JOHANNI GEORGIO II. gloriosissimæ
recordationis, à concionibus aulicis pri-
mariis, confessionibus sacris & consiliis ecclesi-
asticis undiq; eminentissimi,

Dn. Propatris & Patroni, heu!
qvondam æstumatissimi,

FREIBERGÆ

V. Idus Octobr. M DCLXXX.

celebratas,

hòc, qvæcunq; est, ultimo honoris &
officii genere

DRESDÆ

cohonestare voluit

M. Joh. Augustinus Egenolfus,
Cruciani Rector.

FREIBERGÆ,
Literis ZACH. BECKERI.

5
Doctores numerat multos Ecclesia, sed qui
Geierum referat, credito, nullus erit.
Non erat hic tantum divini præco fidelis
verbi, proponens mattya sacra piis;
Sed quoque terrebat rasam, calvamq; cohortem,
præfide quò patuit tecta, Socine, strophæ.
Omnis & hæreticus viso hoc fugiebat, & impos
devictas illi subjiciebat opes.
Cum benè monstrabat divinæ flumina lingvæ,
& paradisiacas undique delicias.
Nullus ei fastus, procul hinc erat invida tabes,
& quæ Theiologos turpat, avaritia.
Pectora præcipiti non unquam felle tumbant,
omnis erat labiis gratia, suada, lepor.
Sæpe piis precibus Numen placavit, & ejus
iratum tenuit, corde calente, manum.
Quam dives fuerit donis, quæ gratia fandi,
Lipsia testis erit, Dresdaq; testis erit.
Aeris judicii vigor, & concordia & ardor
emicat è scriptis, tempus in omne, sacris.
Sed quid ego cunctas tentem describere dotes,
quas summo dederat diva Viro Sophie.
Non sum Parthenias, Sulmonensisve Poëta,
aut cujus cingant laurea ferta caput.
Fellerus potius cantet, *Thomasia* Clio
concinat, aut alius nobiliore modo.
Fundo pias lacrimas, jubet id notissima Virtus
Geieri Eois Hesperiiisq; plagis.
Eusebie mecum quem luget, luget & exul,
Impia quem jussit vertere turba solum.
Quo nunc defuncto, non, quod repetatur, aly-
lum.
Orphanus & viduæ, pauper & æger habent.
Nec

Nec posthæc utres musti liqvore repleti,
Noctis & in tenebris, dulcia vina dabunt.
Scilicet horridulis borealia murmura velis.
arce micans superâ sol novus ille parit.
Quæq; tuebatur complures, Arboris umbram,
divite cum fructu, strata caterva gemit.
Actum est. Væ miseris. Non desunt omina.

Quid si

in chaos inde brevi tempore Dresda ruat?
Sed quid ago. Vivit, vivit *Geierus* in ævum,
â laqueis mundi liber & astra petit.
Quem Deus ê furiis & Erinnibus eripit orci,
atqve salutifluâ. Pace, quiete beat.
Vivit is, atq; valet. Sed nos manet usqve malo-
rum

Lerna, nisi avertat, qui regit omne, Pater.
Audiet ille preces, Successoremq; vocabit
nutu, qualem unum singula secla ferunt.
Sicut & est Domini, tanto in discrimine rerum,
nobis-cum gladius, cum *Gideone* suo;
Sic Deus, haud dubito, coelum ascendentis *Eliæ*
Munera *Elisæo* vel duplicata dabit.
Recreet intereâ solamine quosqve relictos
Sustentetq; suo Spiritus ille Sacer.
Atq; simul faciat, moribundæ ergastula carnis
qui rupit, positis corporis exuviis,
Geieri, dum mens animi super astra triumphat,
tàm sancto in tumulto molliter ossa cubent.



Datum der Entleiherung bitte hier einstampeln!

22. Juli 1993		
18. Nov. 1993		
24. Juli 1996		
22. Okt. 1997		
12. Feb. 1998		
07. Juli 1998		
04. März 1999		
24. Apr. 1999		

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0346996

